



# Oratio de eligendo summo pontifice

<https://hdl.handle.net/1874/361302>

Garvajal



Oratio

Regis

Hispanie

1432

4  
50

Kast 214

Pl. F N<sup>o</sup>. 50

113. **Bernardinus de Carvajal**, Oratio de pontifice eligendo.  
[Rome, St. Planck na 6 Aug. 1492]. 8<sup>o</sup>. 214. F. 50

Type 2. — Rubr. *γ*. — H\* 4543. — Peddie II p. 156. — Pell. 3323. —  
Pr. 3697.



John Thorne


George Washington


June 14th

1780


John Thorne


span.
















¶ Didaco de Muros archidiacono Carmonen Reuerendissimi  
D. Cardinalis Hispanie Secretario meritissimo. Johannes Va  
lesius decretoꝝ doctor Salutem.

¶ Cum debeam tibi plurimum ornatissime Didace q̄ meis re  
bus non secus ac tuis auxilio fueris quid autem rependam non  
satis habeam: cogitaui uel partem meę obligationis implere.  
Idq̄ non mediocriter absoluam: cum orationem sapientissimā  
quam de eligendo summo pastore nuper Paceñ Antistes nostri  
eui splendor ac portentum apud sacratissimum senatum Inno  
centio Octauo demortuo cum magna omnium laude: immo ad  
miratione habuit: tibi in primis destinandam censuerim. Conie  
cta in ea simul aspicias moralia theologica ⁊ oratorā uniuersa.  
Sed nescio quid uiue uocis actus diuinus p̄strepebat ut seipm  
audisses sua resonantem uerba Demostenis memoz esses. Acci  
pe igitur illius luculentissime orationis primitias: communes  
eas facias domino meo Reuerendissimo Cardinali Hispanie ac  
illustri Marchioni Uillene: ac mihi obseruande plurimum nobi  
le nutrice Serenissimi Hispaniarum Principis: lege eam felici  
ter ⁊ Vale.

**Oratio de eligendo Summo Pontifice:** habita Romæ in ecclesia sancti Petri ad Sacratissimum Senatum Cardinalium Innocentio Octavo de mortuo: per R. in xpo patrem Bernardinũ Carualal Paceñ Ep̃m: Regis ⁊ Regine Hispanie oratorem: die transfiguratiõis Dominice sexta Augusti Millelimo quadringentesimo Nonagesimo Secundo.

**De leteris inimica mea super me: si cecidi | consurgã . Scribit verbum Michę vij.**

**S**i vnquã Romane ecclesie opus fuit Patres amplissimi illustrari superno ac diuino lumine: hoc ipsum uel precipuũ est tempus: quando destituta pastore ⁊ capite felicissimo transitu sanctissime recordationis Innocentij Pape Octaui ad sussecionẽ pastoris alterius appropinquat. Cum enim oculus ⁊ speculator deficiunt: graue est admodum ouibus bene dirigi: ni superiore pastore ducantur: mihi quoq; in re tam ardua de mandato vestri sacratissimi Senatus orationem habituro: opere precium sit erit supplicatione diuina Spiritus sancti assistentiam impetrare: nempe qui hodierna die in missarum solenniis ab ecclesia inuocatus est: ut electioni summi Pontificis assistat. Idem mihi suppliciter implorandus erit: quatenus ieiune ac nude orationis meę de persuasione eiusdem optime electionis efficaciam tribuat. cogitatus meos instruat. mētes vestras illis ⁊ sibi conformes reddat. linguam meam dirigat. aures vestras benignissime aperiat. mea uerba uiuificet. corda uestra ad illa capeſſenda foueat ⁊ alliciat. Nec diffidendum est quin occurrat hodie ecclesie in tantis calamitatibus ⁊ periculis constitute: qui iuxta Apostoli uerbum non permittet illã ultra possibilitatem tentari: ⁊ qui in euangelio futurum se medium pollicetur: ubi duo uel tres in suo nomie conuenerint. Quisq; nunquã se deserturẽ ecclesiam vltq; ad consumationem seculorum Mathei ultimo calce promisit.

Igitur Spiritu sancti singularem assistentiam vulgata illa ecclesie oratione supplicabimus dicentes. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende.

Amen.

**N**on arbitror futurum molestum Beatissimo vestro cetui patres Reuerendissimi: militantis ecclesie fulgentissime columnę: ac hodie spes unica salutis mudi: si uobiscum de meo more scholastice eloquar: ac dicenda breuiore perstringam ordine: ea quoque que mihi considerata occurrunt in electione Pontificia maximi tematis prosecutione expediam. Erit igitur oratio nostra tripartita. Pars prima de ipso Innocentio de mortuo. Secunda de illius Summo Pontificatu uacante. Ultima que moralior: et aptior erit. De illis clarissima sponsa Romana et uniuersali ecclesia restauranda: et horum trium nomine trifariam tematis uerba claudemus. Ne leteris inimica mea super me: si cecidi: consurgam.

**I**n primo conqueritur forsitan quispiam Innocentianus quod absumpserit mors inimica benefactorem suum: quod clementissimum et indulgentissimum dominum: ac uere humanissimum et pietissimum patrem seculo eripuerit. Lego hinc oculis complures qui etiam lachrymas cohibere nequeunt: memores dulcissime conuersationis sue. Ego quoque illius beneficio plus meis meritis delinitus: nisi ratione in aliud traberer: crudelē illius mortem incusarem: et grauiter lugendam censerem. Verum enim uero Christianis moleste admodum lugere mortuos non licet: nam et apud gentes Litorum feruntur esse precepta Ambrosio teste. que uiros iubeant mulierum uestes induere si moerori indulgerant quod mollem et effeminatum iudicauerint in viro luctum. Fuisse etiam eiusdem testimonio feruntur populi gentium qui ortus hominum lugerent obitusque celebrarent. Nec imprudenter quidem: eos enim qui in hoc uite salum uenissent merendos putabant. Eos uero qui ex istius mundi procellis et fluctibus emer

fissent: non iniusto gaudio prosequēdos arbitrabātur. Et si hec  
 apud gentes constantia in quibus fuit carnis imperium nō spiri-  
 ritus: apud illuminatos ac spirituales xpianorum animos mul-  
 to esse debet vberior: atq; inde nos natales dies defunctorū obli-  
 uiscimur: et eum quo obierunt dsem celebri solennitate quotan-  
 nis renouamus. Mors igitur xpianorum corda non frangat. pri-  
 mum q̄ cōmunis est et cunctis debita: et hac lege naturā et cōtra-  
 riis mixtam induimus: ut illam et uamus quotiens placuerit au-  
 ctori nature: vnde et iuxta Apostoli verbum statutum est homin-  
 bus semel mori in quo et dei filio in humanis non est indultum.  
 Nempe si non pareret senio defecisset: prout nostri seniores scri-  
 bunt. Quid igit absurdius quā vt id quod scias omnibus esse  
 perscriptum: quasi spāle deploret: hoc est animū supra conditio-  
 nem extollere: legem non recipere: cōe nature consortium deuta-  
 re. Deinde et mors grauius desenda non est: quoniam seculi hu-  
 ius nos absoluit erumnis: nulla nempe vera potest esse iucunditas  
 inter tot vite nostre amaritudines: que velut ex ipsius cor-  
 poris infirmitate quasi certa ac necessaria officina generantur.  
 Quid enim in hac vita non experimur aduersi: quas non procel-  
 las tempestatesq; perpetimur: quibus non agitatur incommo-  
 dis: et quibus parcitur meritis. Lege patriarchas: animo volue-  
 Propetas: considera dei sanctos et amicos: omnis eorum vita  
 labor: anxietas: languore: erumna: militia. Unde et sapiens Salo-  
 mon apud Ecclesiasten ait: Laudam ego magis mortuos quā  
 viuentes. Inde et sanctissimus Job perire voluit diem natiuita-  
 tis sue quasi malorum omnium initium. Generationis quidem  
 diem perire voluit: vt resurrectionis diem acciperet. Iuxta quod  
 et Paulus. Cupio dissolui et esse cum xpo. Et alibi: Dibi viuere  
 xpus est et mori lucrum. Mors igitur tanquā erumnarum omni-  
 um laborumq; perfugium: fida securitatis statio: quietis portus  
 amare xpianis desenda non est. Et rursus somno quietem nan-  
 scimur laboresq; vitamus: ac nemo amici somnum grauius lu-



gendum censeret. mortem vero xpianus somnum deputat. Unde  
et magister xpianus de Lazaro quadriduano: Lazarus amicus no-  
ster dormit: venite a somno excitemus eum. Et ecclesia cum me-  
minit defuncto: unum ait: Qui nos precesserunt cum signo fidei et  
dormiunt in somno pacis. Postremo non est xpiani officium fran-  
gi merore et morte carorum: cum eos sciat non proius demori-  
tur. Quin immo preciosam esse in conspectu domini sanctorum mor-  
tem qua esse beatificum et vivere consequuntur eternum: ac pe-  
ditis vinculis carnis que aggrauant animam: iubar splēdidissi-  
mum: quod oculus non vidit nec auris audiuit: meritis superio-  
ris vite contingunt. Et preterea reuiuenda corporis expectatio  
xpianis de mortuis non adimitur. Quo fit vt minus conseruari  
habeant carorum excessu. Cuius rei et paulus meminit ad Thessa-  
lonicē scribens: Nolumus vos ignorare fratres de dormienti-  
bus vt non contristemini sicut et ceteri: qui spem videlicet resur-  
rectionis non habent et reliqua. Unde claret profundius conser-  
natos animo xpianorum interitu: aut spe resurrectionis carere:  
aut xpiani consolatione et fructu priuari. Plangat igitur xpianus  
carum perperam morientem: quoniam vtrobiq; demoritur. Vtq;  
vbi beata est mors: vbi in domino dormitio: cum bona videlicet  
recognitione conditoris: criminum fletu: sacramentorum parti-  
cipatione: feratur equo animo talis eritus. De Innocentio autē  
excessu nuper dignissime Concordiē. antistes sapientissimus  
atq; ornatissimus orator plura disseruit: et vti par concordie con-  
uenit: ita Pace. Concordiē. cōueniet presuli: in hac re signan-  
ter que vniuersę ecclesie est notissima. Innocentius igitur san-  
ctissime ac recolende memorie. viii. pontifex vniuerso pontifica-  
tu suo clementiam. pietatem. humilitatem. humanitatem et affa-  
bilitatem seruauit egregie. iustitiam custodiuit pre ceteris. pacē  
et abundantiam verbis nutriuit et auxit. compluraq; alia precla-  
ra egit que enumerari longum esset: inter que hereticos Hispanie  
et Valdensis Gallie exterminio dedit: ac Granatē. bello ad

4  
vltimam vſq; victoriam auctoritate: conſiſſo ⁊ auxilio Chriſtia-  
niſſimis Hiſpanie Regi ⁊ Regine ſemper aſſiſtit. Tandem octa-  
uo ſui pontificatus anno longo ac diutino morbo laborans: ad  
certam ſue mortis notitiam dei ſingulari munere deuenit: fleuit  
anteactam vitam. credidit conditori: biaticum ⁊ alia ſalutis ſa-  
cramenta deuotiſſime ſuſcepit. Unde merito iuxta verba thema-  
tis increpitat morti conſiſſus dei miſericordia ⁊ auxilio: Ne le-  
teris morſu inimica ſuper me: ne iacteris q̄ cecidi. nempe ſi cecidiſ-  
ſi ruinam per mortem ⁊ ſomnum corporis paſſus ſum. Conſur-  
gam: denuo ⁊ vita beata ⁊ reſurrectionis gloria. Et vero patreſ  
xp̄ianiſſimus hic eritus Innocentii ſingulari nos implet ſpe fu-  
ture bone electionis. Voluit nempe. D. ⁊ Paulum ſecundum et  
Sixtum quartum feli-recor. pontifices marimos predeceſſores  
ſuos quaſi repentina morte de medio tollere. Innocentius vero  
quantum ex parte dei fuit magno illius beneficio lōge aliter ad  
patres ſuos aggregatus eſt. Cui ſanctiſſimo fini: beatiffimum  
quoq; initium future creationis adiunget in eccleſia ſua diuina  
clementia que in neceſſariis non deficit ⁊ in ſe ſperātes aſſidue  
conſolatur. Quare vale vltimum Innocentio dicentes ⁊ ei bea-  
tam requiem deprecantes ad aliam orationis partem tranſea-  
mus.

**¶** Ubi de illius ſummo pontificatu verba thematis explicaturi  
ſumus: ac ſi pontificatus ipſe ſummus ⁊ maximus per exceſſum  
Innocentii vacans ex ſeiſo hodie inuebat morti dicens: Ne le-  
teris inimica mea ſuper me: ſi cecidi conſurgam. Pro cuius intro-  
ductione duplex occurrit probleuma. Primum vtrum plenitudo  
potestatis clauſum a xpo collata Petro par cōſurgat in ſucceſſo-  
re. Secundum vtrum iſta plenitudo poteſtatis maneat in eccle-  
ſia vel collegio ſede vacante. Duo hec diſpoſueram copioſius ex-  
pedire. Verum vt videre video ⁊ temporis breuitas ⁊ maior eccle-  
ſie occupatio: ac eſtus immenſa vis non permittunt explicare  
concepta. Quare ſummatim duo verbulum faciam. q̄ Beatum Pe

trum Christus constituerit caput et principem apostolorum in  
Ierusalem animarum pastorem immediatum Vicarium suum: ac  
eidem concesserit plenitudinem potestatis clauium et apostolice  
dignitatis primatum nemo ambigit qui Christiane sentit. Hoc  
enim omnis historia euangelica apostolica et conciliaris habet  
exploratissimum. Acinpe Petrus est cui dominus dixit. Tu vo-  
caberis Cephas. quod Isidorus interpretatur caput. Fuit enim  
caput et os Apostolorum: uertexque collegii: dicente Crisostomo.  
Huic dominus singulariter dicit tibi dabo clauis regni celorum  
Quicquid ligaueris super terra. quod officium est pastoris et prin-  
cipis inquit Crisostomus eidem. d. ascensurus ad celos pronun-  
tans ecclesie de uniuersali rectore in aliorum apostolorum presen-  
tia reliquos pertransiens iuxta uerba Crisostomi ter. ecclesiam  
pascendam et gubernandam commendauit. dicens antonomasti-  
ce primo pastori pascite agnos pascite oues meas: hoc est mei  
loco prepositus esto et caput fratrum tuorum inquit Crisostomus  
Huic eodem loco dominus dixit. Sequere me. quod non tantum de  
genere martiris in quo alii secuti sunt Christum: qua de ordine  
prelacionis et magisterii in quo Petrus pre ceteris successit xpo.  
Theophilus Crisostomus et Hieronimus interpretatur. Et in solutione  
didragine qua dominus pro se et Petro fieri iussit et que solus erat  
capitis census ostendit iam. D. Petrum caput esse: vel post sua  
resurrectionem futurum esse apostolorum iuxta Augustini sen-  
tentiam. Idem in lotionem pedum eum ad Petrum ueluti caput pri-  
marium dominus primum uenerit. quod etiam inde Cirillus argumeta-  
tus est. Ipse solus pro collegio interrogare et respondere solitus  
more pro notioris et diuersi Origenes inquit. Post ascensionem  
quoque domini uniuersa apostolica historia plena est quod in concil-  
iis et congregationibus apostolorum ipsis astantibus. Petrus  
fuerit primus loquens: primus docens: primus diffinens. Pa-  
tet in electione sancti Matthei Apostoli. in cofutatione irrisio-

Iudeorum de dono linguarum in Apostolis: in disputatione cum  
 Iudeis: in sententia contra Ananiam et Saphiram: in repulsiōe  
 Symonis magi: in aggregatione gentium ad fidem que sub Cor-  
 nelio cepit: in diffinitione cessationis legalium. Quibus et alia  
 plurimis vniuersa Actuum apostolicorum scriptura respersa est  
 Nec autem Petrus beatissimus Spiritu sancto plenus precipue  
 us humilitatis cultor minime attentasset: inquit Didimus: Ni-  
 si ea ex officio sibi incumbere cognouisset: et se ceteris prelatum  
 fore institutione diuina minime dubitasset. Inde et Cirillus di-  
 uinissimus doctor Alexandrinus Patriarcha in libro thesauror-  
 rum ait: quod Apostoli in suis Euangeliis et Epistolis et in om-  
 ni doctrina affirmarunt Petrum esse loco domini in eius eccle-  
 sia: dantes ei primum locum in omni consilio et synagoga: in om-  
 ni electione et confirmatione. Primatum quoque Petri et pro eo ra-  
 tione ecclesie duo illa prima ycomenica consilia de quattuor prin-  
 cipalibus que Gregorius uti quattuor Euangelia venerari pro-  
 fitetur definierunt. Constantinopolitana videlicet et Calcedone-  
 sis synodus. Et ordinatissime quidem. De ecclesie sue unicum. P-  
 et uniuersalem pastorem prefecit: ad quem rerum omnium sum-  
 ma deferretur: ne destitueretur ecclesia gubernatione uni-  
 que quam regnum aut monarchiam vocant: quamque omnis humana et di-  
 uina sapientia ceteris prelacionibus anteposit. Tollit enim co-  
 fusionem: auget reuerentiam: exequitur deliberationem: que sunt  
 potiora optimi principatus. Hinc undecimo Martini Sapien-  
 tissimus Aristoteles: Entia nolunt male disponi: nec est bona plu-  
 ralitas principantium. Unus ergo princeps. Inde vetus illa ma-  
 ter synagoga que nostra prefigurabat ecclesiam unicum habuit  
 Pontificem summum: et celestis Hierusalem quam nostra quoque  
 in terris militans prefiguratur unico rectore gaudet. Media igitur  
 nostra pastori unico convenientissime commendatur. Quod ue-  
 ro in eodem primatu et plenitudine potestatis aliquis succedere  
 debeat Petro in ecclesia: ex eo euidentissime constat. Quod ipse

instituit ecclesiam vsq; in finem seculi duraturam: Mathei vlti-  
mo: Non durat autem ecclesia absq; capite. Caput autem ex sur-  
perinductis est apostolicus thronus & primatus. Dic igitur dur-  
raturus est vsq; in seculi finem. Verum Petrus felicissimo mar-  
tyrio nobis absumptus est. Consurgit ergo apostolicus prima-  
tus in successore Petri Romano pont. in eadem potestatis & iu-  
risdictionis plenitudine que in Petro presuit. Nec enim alias  
esset primatus apostolicus: nec alias staret ecclesia: nec portas  
inferi superaret: si nullus in plenitudine potestatis Petro suc-  
cederet. Hinc habet canon consilii Constantinopolitani. primis  
Veneramus scdm scripturas & Canonum diffinitiones sanctissi-  
mum antique Rome episcopum primum esse & maximum episco-  
porum. Et in Canone consilii Calcedonen. scribit. Si quis Epi-  
scopus predicatur infamis liberam habet licentiam appellandi  
ad beatissimum Episcopum antique Rome quem habemus Pe-  
trum petram refugii & omnia ab eo diffinita teneantur tanquam  
a Vicario apostolici throni. Et in eodem concilio Calcedonen.  
legitur q; rota synodus Leonis pape primo acclamauerit dicens  
Leo sanctissimus apostolicus & icomenicus. s. vniuersalis patri  
archa: per multos annos iuuat. Iuxta quod Jo. xxiij. in quadam  
extrauaganti hereticum damnauit Marsilium de Padua. & Co-  
stantien. synodus Joannem Hus q; asseruerint non esse de ne-  
cessitate salutis obedire Romano pont. ¶ In altero dubio: vtrum  
iste summus Pontificatus aut hec plenitudo potestatis mane-  
at in ecclesia uel collegio sede vacante. Solitum est per sapientes  
distingui. Aut enim hic pontificatus appellat auctoritate ipsam  
& summam iurisdictionem in fonte. Et sic non perit de cedente  
pontifice. Manet enim in xpo primo pastore qui resurgens ex mor-  
tuis iam non moritur: quiq; eam potestatem Petro & in eos suis  
successoribus immediate ligauit. Aut hic pontificatus materia-  
liter acceptus notat facultatem eligendi & determinandi perso-  
nam que summo pontificatu fungatur: & in ea acceptatione ma-

nec immediate in collegio Cardinalium. Mediate autem in ec-  
 clesia vniuersali que tamen facultas et auctoritate pontificum  
 Senatui cardinalium accessit. Aut summus pontificatus in propria  
 acceptatione notat christi vicariatum et executionem siue administratio-  
 nem illius summe iurisdictionis et plenitudine potestatis clauium. sic  
 enim cessat morte pontificis. In ecclesia nempe non manet: nec in  
 collegio: cui nulla talis plenissima administratio competit: nisi  
 quantum sibi statim predecessoris concedit. Nec rursum in christo qui  
 de lege christi post ascensionem non est executus homini potestatem in eccle-  
 sia: nisi summo pontifice mediate. Cessat igitur: vacat: perit homini  
 pontificatus: hoc est executio et administratio plenissima potestatis  
 clauium perempto pontifice: nec usque ad alterius suffectionem conser-  
 uat. Quare graue est in ecclesia periculum differri summi pontifi-  
 cis electionem. Caret enim interim perfectissimo illo munere executio-  
 nis et administrationis plenissime potestatis clauium. Dic igitur sum-  
 mus Innocentii pontificatus illius quodammodo morte demor-  
 tuus consensus de sua optima et celeri resurrectione. Actio quidem  
 vestra patres quo ad personam determinationem christi vero actione quo  
 ad continuationem et executionem illius summe potestatis a christo Pet-  
 ro et successoribus tradite: increpita morti. Ne leuiter inimica  
 mea super me. ne gratuleris quod cecidit. Innocentii transitu execu-  
 tionem plenitudinis clauium intermisi: nempe nec sic diu detinebis  
 purgandos: nec alias spirituales gratias inimica mors diu differ-  
 res: non speres ea ratione portas tuas posse contra ecclesiam preualere  
 breui. non confurgam in optimo nouo ac dignissimo deligendo pasto-  
 re. Et de. ii. pre satis. ¶ Sed iam ultimo reuocat nos carissima  
 Innocentii sponsa Roma. et vniuersalis ecclesia: que uerba thematis pro-  
 tua restauratione non corporali: sed spirituali morti desiderat posse di-  
 cere. Dic autem adeste patres equo animo: hec nempe portio hodiernae  
 orationis prior est. Verum sustinete obsecro si pauca lingua  
 in plenissima uestra deduxero siluam et modicam aque guttam in  
 uestrum oceanum effudero. Par enim fuerit quod insipiens ego

ſapentiſſimū cetum veſtrum de hiſ que ad ſe expectant admo-  
neam. Verum quoniam ea mihi prouincia a vobis demandata  
eſt: proſequar iter ceptum oportet. Indulgendum tamen mihi  
magis expoſtulo ſi familiarius aut liberius que ſentio eloquar.  
Nempe conſcendi hunc locum ut mederer eccleſie nō blandirer  
Et caris ad vite ritū properantibus vera omnia aperienda ſunt  
Et quis hec aperit niſi ceteris carior ⁊ notior? Ego vero veſter  
vernaculus patres: veſter cliens: veſtrarū opus manuum. Ape-  
riam igitur caſum noſtrum: ruinam noſtram: interitum noſtrū.  
ſi quo modo: uel ex cognito reſuemur interita. Cecidit cecidit  
que ſtare ſolebat maieſtas illa ⁊ gloria Romane eccleſie. Immu-  
tatus eſt color vultus eius. Obrexit caligine dominus filiam  
Syon. Proiecit de celo in terram inclytam Iſrael. Egreſſus eſt  
a filia Syon omnis decore eius. Et que vere olim Magiſtra fuit  
discipline: virtutum ſcola. locuplex ſanctis ⁊ doctis: procho-  
lor: hiſ omnibus in maiori parte vacua. vniuerſorum criminum  
amritudine repleta eſt. Et quod Io. Partitur omne mundanū  
crimen triplici capite. Concupiſcentia carnis. Concupiſcentia  
oculorum. Superbia vite. Nonne id omne nos quatit Patres?  
Utinam quateret modo. Utinam pulſaret tantum: ⁊ non iam ir-  
ruiffet: Quinimmo rupiffet ⁊ violaffet clauſtra pudoris ⁊ inte-  
gritatis Romane eccleſie. famoſam peccatricem quaſi ambigit  
vrbem Romani? De qua ⁊ utinam. Diſcut ab illa Euangelica ſe-  
ptem eſticiat demonſa: quorum ſeruit mulititudini. Bone deus  
quanta iſtic criminum alluſio. Dorret tamē animus dicere quaſi  
do meminit ſedem Petri. Sed nunquid nos blandiendo ſilebi-  
mus quod in plateis ⁊ tectis malefactis noſtris publicauimus?  
Quid enim apud nos non ſi vendicat luxus: quem locum ſuper-  
bia non implet: cui parcit auaritia: Quem non ſubigit auri ſa-  
era fameſ? Quid ſibi ulterius deſcendā? Jubeat tamē hic ⁊ pla-  
to quieſcere. Fumabunt nempe vitiorū ſtercora. ⁊ ſola ipſa enari-  
ratio tempſum hoc ſacraſſimum polluet. Conſulto preteream

vrbis & civitate nostre excessus ac deformis membratim distingue  
 re: ne parentis videat pudenda: reuelare. Sed dicit mibi quispi  
 am iam hec precesserunt in seculis que fuerunt ante nos. Precesser  
 unt quidem: non inficior in ecclesia Romana crimina: nam & se  
 prius in die cadit iustus: verum non paria: verum non ita crebra  
 verum non ita publica: verum non sic impunita: adde: verum non  
 sic preminata: adiunge rursus: verum non sic capitalia: hoc est  
 capita ferentia: & capitis salus membris etiam infectis tunc sal  
 lubiter influebat. Unde sit patres ut tempestate nostra maiora  
 vulnera patiamur. Nec nos exponunt inobedientie subditorum  
 hec contemptus populorum & principum: hec irrisio & prede Thur  
 corum. Dum enim libidinibus: ambitioibus: & cupiditatibus no  
 stris vacamus: maiestas perit ecclesiastici throni & vigilancia cu  
 re pastoralis eliditur. Concidit igitur magna ex parte ecclesie Ro  
 mane maiestas: libertas: auctoritas: gloria: & misericordie domi  
 ni est quod non profundius cecidit: immo quod iuxta Hieremie  
 verbum consumpti non sumus. Uniuersa hec mala vnde pcedit  
 patres! a capite inquam. Infirmi nepe capitis: omne: membrum  
 languet. Quando speculator cecis: quando exemplar corrupti  
 quando caput morbidum: per peram inde venire omnia necesse  
 est. Sed caput orbis a quo nobis erigitur: a Senatu nempe res  
 stro. Indulgete obsecro. Vos igitur estis in causa aut vniuerse  
 salutis: aut vniuerse ruine totius orbis. Aduertite quale vobis  
 hodie onus incumbat: datur vobis optio aut summi meriti si bo  
 num: aut summi demeriti si malum elegeritis pastorem. Aul  
 lum quispe in vniuersitate criminu huic par est quo malus deli  
 gitur orbis rector. Veniunt nempe omnia mala: omnia crimina  
 pariter & cum illo. Quorum omnium iniquus elector in culpa est  
 Quicquid enim successor pontifex (si quod absit rectus non est)  
 exorbitantie crudelitatis scandali: iniquitatis ue comiserit: hoc  
 omne scelus ad malos electores defertur. Redderis illius ratio  
 nem in examine districti iudicij: cogitate vos mozturos patres



et breui equidem: quotidie nempe morimur. Attendite quid profuerunt hominibus cogitatus et somnia. Paulo Sixto. In nocentio: quorum recens est memoria: quid collegis vestris quod oēs absumsit mors: ut nunc esculentēa uerbibus prebeāt. Intendite gregi dominico in cuius sollicitudinē potiorē partē rocati estis. Quod si uos hec eterna nō mouent que etiam mouerēt ferreos: et uelut magnos attraherent. Consultate saltem cōseruatiōi temporali dignitatis vestre: cuius uel maxima summa est in electione Romani pontificis. Attendite rursum patres: attendite. et mihi si uera dicam: dicam equidem indulgete. Non habuit semper uestra dignitas quāuis in ecclesia excellentissima oīmodam electionem Ro. pont. fuit aliquādo hec electio imperatoribus credata. Quod et iuri constat Hadriani pontificis tempore. Aliquādo cetui uestro simul cum clero et Ro. populo iuxta ordinationes Nicolai. ij. Deinde propter scindenda scismata et sanctiorē ac breuiorē electionem ad Senatum uestrum: et merito quidē uinice delata est. non interfutere tamen multa tpa quādo uniuersalis ecclesia hoc tantisper inimitauit. Quia enim varie electiōes a dominis Cardinalibus celebrate apud uniuersam ecclesiā de ambitione: simulate: et avaritia grauiter suspecte fuerant. Ordinauit ecclesia in Constantiensi synodo quod precise in electione Martini. v. rr. alii electores oratores principum et prelati ex parte nationum deputati Senatui Cardinalium adiungerentur: inter quos et Jo. tunc meo Pacensis ecclesie antistes pro parte nationis Hispanice annumeratus est. Non hec tamen eueniāt patres. non digna sunt ut aliquid immutetur de solita et conuenientissima ecclesie ordinatione: que electio capitis orbis ad cardines orbis uinice ac meritissime desertur. Uerum non sit in uobis huius abusus muneris. Sempe si (quod absit) crebre essent et assidue in uos simulates: ambitiones: pacationes in electiōe Uicarii Jesu Christi: non pro utilitate publica: sed priuata solum ecclesie institueritis. Cogitabit ecclesia. Cogitabunt princi-

pes ne is error cunctis fidelibus ⁊ vnuerſo orbi in pernitiem ſit  
 Considerare deberetis patres quam artiffimo viticulo eccleſie  
 Romane teneamini que vos cariffime fouet in ſinu pectoris ſuſ-  
 cum ſumma gloria ⁊ ſumma venerationis gratia. Rependite illi  
 licet uicem. reſpondete in amore. occurrite labenti ac fluctuanti pe-  
 tri nauicule que etiam non modo iam magnis operitur flucti-  
 bus. verum caribde ⁊ ſcilla impoſitis periculis inuoluit. Pre-  
 ſicite illi ductorem qui merito dicatur ⁊ ſit Vicarius Chriſti ſuc-  
 ceſſor Petri vniverſalis eccleſie ſponſus. director ⁊ paſtor. Verū  
 dicit aliquis. ſatis mihi eſt ſi bonum deligam cui nihil obſtat.  
 canonicum. Longe ergo aliter in hac ſumma electioe ſentio. Pe-  
 pe non eſt mihi tutus quo ad deum. quamuis in contentione ni-  
 hil timeat. Que cum agitur de ſummo eligendo paſtore. relicto  
 meliore ſaltem in collegio bonum deligit. Inde Hieronimus.  
 Sciānt omnes quod qui doctior. qui ſanctior. qui omni virtute  
 eminentior. iſis ad ſummiſſimum ſacerdotium eligendus eſt. Nem-  
 pe ſi in ceterorum Episcoporum electionibus attendenda ſunt.  
 ⁊ pro poſſibili ſeruanda illa capitula aplice regle ad Thimothe-  
 um. Oportet Episcopum irreprehenſibilem eſſe vnus vrozis vi-  
 ritum ſobritum. ornatum. prudentem. pudicum. hoſpitalem. docto-  
 rem. non vinolentum. non percuſſorem. ſed modicum. non liti-  
 gioſum. nō cupidum. ſue donum bene prepoſitum. ⁊ alia reliqua  
 quanto vberius in electioe episcopi episcoporum ⁊ vniverſalis  
 paſtoralis animarum hec diſcutienda ſunt. Inde Simachus pa-  
 pa beatiffimus ait. Utiliffimus reputandus eſt cum non excedit  
 ſanctitate ⁊ ſcientia qui eſt honore preſtantior. Et Bern. de cōſi-  
 deratione ad Eugeniū tertij. Monſtruoſa res eſt gradus ſum-  
 mus ⁊ animus infimus. ſedes prima ⁊ vita iſta. Si ergo patres  
 ad ſumptū pontificatū ſemper ⁊ omni tempore melior aſſumend-  
 dus fuit. quanto magis tēpeſtate noſtra. quando propter rui-  
 nam auctozitatis. libertatis. ⁊ reformationis eccleſie difficilior  
 vilitate vtiq̄. ſub oq̄. ⁊ vilitate vtiq̄. ſub oq̄. ⁊ vilitate vtiq̄. ſub oq̄.

est illi regiminis via adeo ut nō modo videatur indigere hodie  
Pont. successionē Pletri in plenitudine pr̄tia clarium: verum  
et in plenitudine gratie miraculoꝝ: cum fere miraculo ascribi de  
beat et tanta ruina: ac fere et stercoꝝ ecclesiam erigere. In tan  
ta ergo calamitate et necessitate ac seruitute ecclie plurimū opor  
tebit inter alia capitula apostolice regule hodie cogitare patres  
de v. capitulo prudentem del viro aliquo videlicet prudenti: pro  
uidō ac circumsp̄cto sufficiendo pastore: prudentia omnia fere  
bona sub se continere videtur: et maxima ecclesie ruina: et igna  
uia et modica circumsp̄ctione pontificum pululauit. Deligatur  
ergo a vobis prudentior quispiam qui contra huius languorū me  
deatur. restituet cum prudentia iurā: priuilegia ac libertatem ec  
clesie. Principes et populos in bona obedientia ac reuerentia cō  
tinebit. Prudentia etiam sine scandalo reformabit domum suā  
Romanam curiam: et inde facile omnem ecclesiam quam etiā in  
pace et cū prudentia generaliter congregabit: uel in laterano sal  
tem cum ea uel sola sit relicta medicina auctoritatis et libertatis  
ac reformatio nis ecclesiastice restaurandē: et Nabumetaque ex  
pugnandē perfidie: per viam videlicet vnius prudentis et pacifi  
ci generalis xp̄ianorum conuentus: rescindet quātum par fuerit  
exactiones nouas et seruitutes curie: fideles et prudentes seruos  
super familiam domini constituet. fideles inquam ne fraudentur  
prudentes ne fraudentur. profligabit cum prudentia Thurocos  
infestissimos hostes a fidelium terminis qui quotidie inminēt  
dorso nostro ac membratim xp̄iana domina conscidunt. Omī  
rabilem et exitialem somnium ac ignauiam pontificum Romano  
rum et xp̄ianorum principum. Expergitecimini expergitecimini: t̄ā  
prope est hostis et in iannīs et nos somno vinoq; sepelitur: Non  
curamus cum ad nos hodie non deuenit. hostis: q; ad panno  
niam uel xp̄icolas alios descenderet. Omnibus tamen debet Ro  
mana ecclesia patres omnium est vniuersalis parens curā et soli  
licitudinē vniuersi gregis dominici a xp̄o dño suscepit: et vicissi


tudinem plagarum expectemus. versus timeamus ab hoste. qui  
 nos assuevit nunc hos nunc illos percuttere. Confurgite xpiani  
 principes. vigilate omnes deuitate securim que ad radicem ve  
 stram verius certum sepius apponit. Si vellet bonus potifex  
 quod vtiq; summe velle debet: animare xpianos principes in  
 et terminum istius fere pessime que riuersam depascitur eccle  
 siam: non ambigo quin bone sue menti occurreret deus. zelus xpia  
 norum no deest. Iuuabitur expeditio et zinzemino nobiscu age  
 ti. qui vires fratris sui tyranni Aburcorum scismate minuet. Ne  
 pe si solum patres ut nostra tueamur exercitu comparemus: die  
 tium et purissimus hostis nostra corodet dominia. Nec existi  
 mo carere diu no mysterio q hoc tempore hostis exercitu in xpi  
 anos dimiserit ut vobis patres Innocentio de mortuo magis ac  
 magis necesse sit cogitare de optimo pastore et dignissimo defen  
 sore xpiani cetus diligendo.

¶ Verum si hec omnia que sunt maxima et potissima missa face  
 remus: solum vestri gratia meliorem et prudentiorem eligere de  
 beretis. Is enim solus poterit restituere vobis libertate auctori  
 tatem. existimationem. reputationem et gloriam deperditam. Et  
 preterea nunquam respondet gratitudine et amore qui bonus non  
 est. nec fundamentum aliquod stabile amicitie et dilectionis tene  
 ri potest vbi virtus abest. Date igitur patres pastorem cui et vos  
 merito subiciamini: et terrarum principes cum Valentiniano dicat.  
 Talem in pontificali constituite sede cui et nos qui gubernamus  
 imperium sincere nostra capita submittamus: et eius monita du  
 tanquam homines delinquimus veluti curantis medicamina sus  
 ceipamus. Est enim merito Romanus pontifex iuxta Bernar  
 dum de consideratione ad Eugenium sacerdos magnus. Ponti  
 fer summus. Princeps episcoporum. Verus apostolo. un. prima  
 tu Abel. gubernatu Noe. patriarchatu Abraham. Ordine Mel  
 chisedech. dignitate Baro. auctoritate Moyse. iudicatu Sa  
 muel. potestate Petrus. vnctione Xpus. Attendite igitur patres


accessuri ad tantum mysterium: tantum sacramentum: ad tam  
summam electionem. Circumcidite preputium cordium vestroz  
hoc est ambitionem. rancorem. emulationem ac similitatem om-  
nem deponite. spoliare veterem hominem cum omnibus actibus  
et tractatibus suis. reddite hanc vicem deo et ecclesie: que apud  
vos hoc electionis munus deposuit. Nec vacare diuino arbitroz  
mysterio quod prima dies istius vere electionis in celebritate Domi-  
nice transfigurationis inceperit. Nempe solennitates ecclesie imi-  
tationes sunt earum rerum quas ecclesia celebrat Augustino di-  
cente. Solennitates martyrum exhortationes sunt martyrioruz  
vt imitari non pigeat: quod celebrare delectat. Eya igit trans-  
formamini transfiguramini patres in viros alios. transformate  
ecclesiam coluene ecclesie in splendorem alium: ita ut respendeat  
facies eius sicut sol. Et vestimenta illius albescant sicut nix. per  
faciem autem quid nisi caput et sponsum ecclesie intelligam. Per  
vestimenta quid nisi illius membra concipiam. Constituite era-  
go patres in nouo ecclesie sponso deligendo tria illa tabernacu-  
la que Petrus in excessu mentis constitutus fieri petebat. Chri-  
sti videlicet: Moyse et Helie. Tabernaculum christi vt fidelis et catho-  
licus sit futurus pontifex et christi imitator cuius Vicarius. Moyse  
vt legislator optimus et mansuetissimus sit super terram. Helie  
vt diuini amoris zelator et ecclesie reformationis et glorie emula-  
tor vehementissimus sit. Confidite: sperate patres in christo domi-  
no illuminabit vos: iuuabit vos si rete in bonum tenderitis. ma-  
gna nempe est sibi de ecclesia cura. Unde Crisostomus et dignis-  
sime in quadam omelia. Propter ecclesiam celum extensum est.  
Aer spansus est. Mare diffusum est. Terra fundata est. Paradisus  
suis plantatus est. Mirabilia magna facta sunt. Propter ecclesiam  
mare diuidebatur et iterum subebatur. Propter ecclesiam prophe-  
te. Propter ecclesiam Apostoli. Propter ecclesiam vnigenitus dei  
filius factus est homo. ipse illam fundauit qui angelos et celum  
creauit. Propter celum crucifixus non est. Propter celum celeste


corpus nō accepit: nec naturam angelorum assumpsit: vt discas  
 quoniam celo angelus ⁊ omni creatura bonior est ecclesia  
 Nec crisostomus. Cui igit tanta est de ecclesia cura: nonne erit  
 de capite ⁊ sponso ecclesie: Erit profecto summa ⁊ maxima: illu-  
 minatio quippe motio ⁊ inspiratio diuina in electiōe capitis ec-  
 clesie maior quā in ceteris futura est: nisi nos obicem diuine mo-  
 tioni apposuerimus: quod nostris quandoq; demeremur crimi-  
 nibus: iuxta quod scriptum est: Regnauerunt ⁊ non er me: ⁊ qui  
 regnare facit hipocritam propter peccata populi. Hoc tamen ve-  
 stro ministerio et diuina clementia in tanta ecclesie necessitate  
 non expectamus patres. Utinam verba nostra: que non nostra  
 sed dei sunt: eo suscipiantur animo quo dicuntur. Vobis ergo pa-  
 tres sit bona mens non deerit diuina illuminatio: concordia et  
 inspiratio: nobis omnibus inde erit optima spes: erit vobis au-  
 gilio his diebus vniuersa ecclesia oratione continua: Et ad rōm  
 de cuius Vicario agitur: ⁊ ad Petrum de cuius successore. Da-  
 bitis nobis pastorem qui reformabit ⁊ eriget collapsam ecclesiā  
 sub quo ad spirituales mortem audeat dicere: Ne leteris inimi-  
 ca mea super me: nempe si cecidi ignauia: infamia: crimine: ab  
 his omnibus sub optimo pastore consurgam: Quem nobis con-  
 cedat Christus dominus in secula benedictus. Amen.























Kast  
Pl. F